Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

que irrigabantur aquis. Nam et
ipsi descendunt cum eo ad infernum
ad interfectos gladio et brachium
eius qui sedebit sub umbraculo
eius in medio nationum eius
Cui assimilatus es o inclite aut
sublimis inter lignum voluptatis
Ecce deductus es cum lignis volup
tatis ad iram ultimam in medio
incircumcisorum dormies cum eis
qui interfecti sunt gladio. Ipse est
pharao et omnis multitudo eius
dicit dominus deus. XXXII

Et factum est in duodecimo
anno in mense XII. in prima
mensis. factum est verbum
domini ad me dicens. Fili hominis
assume lamentum super pharao
nem regem egypti et dices ad eum
Leonem gentium assimilatus es. et
draconi qui est in mari et ueniebas
cum in fluminibus tuis et con
turbabas aquas pedibus tuis et
conculcabas flumina eorum. Pro
pterea hec dicit dominus deus.
Expandam super te rete meum
in multitudine populorum multo
rum. et extraham te in sagena mea
et proiciam te in terram super
faciem agri abiciam te et hiare
faciam super te omnia volatilia ce
li. et saturabo de te bestias universe
terre et dabo carnes tuas super mon
tes et implebo colles tuos sanie tua
Et irrigabo terram fetore sanie tua
tua. In super montes et ualles imple
buntur carne et operiam cum exti
nxero lucem celos. et nubem operiam

stellas eius. solem nube tegam et
luna non dabit lumen suum. om
nia luminaria celi merere faciam
super te et dabo tenebras super terram
tuam dicit dominus deus. cum ce
ciderint uulnerati in terram dicit do
minus deus propter iniquitates
quas operatus es et irritabo cor plu
rium populorum cum in diuerso con
tritionem tuam inferentibus super
terras quas nescis. Et stupescere
faciam super te populos multos et
reges eorum horrore mirabunt super
te formidabunt. cum ceciderint vul
nerati tui in medio terre tui super
universas iniquitates quas operatus
es. dicit dominus deus. Cum volare
cepit gladius meus super faciem eo
rum et obstupescent repente singu
li. pro anima sua in die ruine sue
quia hec dicit dominus deus. Gla
dius regis babilonis ueniet tibi.
in gladiis fortium deiciam multi
tudinem tuam. in expugnabiles
omnes gentes he. Et uastabitur
superbia egypti et dissipabitur multi
tudo eius et perdam omnia iumenta
eius que erant super aquas plurimas
et non conturbabit eas pes hominis
ultra. neque ungula iumentorum
turbabit eas. Tunc purissimas
reddam aquas eorum et flumina
eorum quasi oleum adducam dicit do
minus deus cum dedero terram
egypti desolatam. Desertetur autem
terra a plenitudine sua. quando per
cussero omnes habitatores eius. et
scient quia ego dominus. planct